



Hans Baldung P. -
Palat. apud Paulum Frambottum sub signo saluatoris. MD. CXXVII.



Collegio Cuenca

**CHRISTOPHORI
FORSTNERI. AVSTRII.**

Ad libros sex priores Annalium

**C. CORNELII TACITI.
NOTÆ POLITICÆ.**

Quibus pleraq. omnia, quæ reliquis quoq. Taciti
libris continentur, suis quæque locis.
explicantur.

AD SERENISS. PRINCIPEM
**IOANNEM CORNELIVM
VENETIARVM DVCEM.**

Adiuncta est in fine, eiusdem

O R A T I O

Habita Venetijs in Excellentissimo Collegio
Mense Iulio. ann. MD. LV. CXXV.



SERENISSIMO
IOANNI
CORNELIO

Venetiarum Principi

P. F.



Imium erat, Serenissime Princeps, quòd superiore anno cum Excellentissimo Senatu tam benignas mihi in publico aures præbuiſti. Tu verò tanquam merito gratiam habuiſti, meq. vltro Equeſtri veſtro Ordini adſcripſti. Ego quidem, quàm mihi domicurta ſupellex ſit, non ignoro: ſed nō oportuit me pro maximo beneficio, quia equalē non poſſem, nul-

lam

CHRISTOPHORI

FORSTNERI AVSTRII

NOTÆ POLITICÆ

Ad librum I. Annalium

C. CORNELII TACITI



R B E M Romam à principio Reges habuere) quemadmodum principio rerum gentium nationumq. imperiū penes Reges fuit, testante Iustino, (lib. I) & Sallust. (in *Catilin.*) his verbis igitur initio Reges; nam in terris nomen imperij id primum fuit. Quibus Aristoteles ad stipulatur: *XI. Polit.* fuerat inquit, antiqua Ciuitatum gubernatio paucorum & regia. Et his omnibus antiquior scriptura sacra, interprete D. Augustino *XV. de Ciuitate Dei XX.* Cainum cum successoribus, & post terrarum illuionem Nembrot Reges fuisse asserit. Inde sua Principatui antiquitas, & ex antiquitate dignitas constat.

(*Consulatum L. Brutus instituit.*) Monarchia siue legitimus Principatus, cum in tyrannidem degenerat, corrigitur aristocratico, siue optimatum imperio. Plerumque enim qui optimates ab vnus tyrannide patriam liberarunt, ipsi sibi dominatum adsciscunt: vt apud Trogi Epitomatozem, qui Magos sustulerant, ipsi for-

spicere cogitur, quod sine multorum exiliis & cædib. fieri nequit. Cædes deinde & proscriptiones popularium odia concitant: ex odio Principis exitium sequitur. Et hæc quidem causæ in ipso Principe sunt. Est alia in nobis ipsis. Temerè enim initio, & de malis aut ambiguis benè vana credulitate, & insita plerisq. hominum leuitate speramus. Nec igitur mirum est falli nos & decipi. Sanè Historiæ Florentinæ scriptor sapienter monet, Principi non esse optabilem nimiam de se expectationem: cui si non ubiq. respondeat, in contemptum & mox odium degenerare inconsultū istum affectum. Deniq. ex perpetnâ gestorum infelicitate & fortunę contumaci aduersitate tædium sæpè omnium rerum & fastidium oritur. Tunc fortunæ & subiectis, quamuis immeritis, succenset Princeps, & dat vela ventis. priuatim oblectamenta quærit in conuiujs, ludis, mulierculis, morionibus. publicum decus omne aspernatur.

F I N I S.

Gratias tibi, Domine IESV!

Patauii, Per Gasparem Criuellarium ad instantiam
Paulli Frambotti. CIO. IOC. XXVI.
Superiorum permisso.

ORATIO,
QVA SERENISSIMO
VENETIARVM PRINCIPI
IOANNI CORNELIO.

Nomine Nationis Germanicæ, quæ Patauij
studijs operatur,

Nouum honorem gratulatus est IV. Id. Iul. CIO. IOC. XXV.

Venetijs in Excellentissimo Collegio

CHRISTOPHORVS FORSTNERVS AVSTRIVS.

Ad Illustrissimum, & Excellentissimum Dominum

D. DOMINICVM MOLINVM

SENATOREM AMPLISSIMVM.

Superiorum permissu, & Privilegio.



VENETIIS. Ex Typographia Ioannis Salis, M DC XXVI.

Expensis Pauli Frambotti Bibliopola Patauini.



ILLVSTRISSIMO.
ET EXCELLENTISSIMO D.
DOMINO DOMINICO
MOLINO, ETC.



Christophorus Forstnerus Austrius S. P. D.



RATIONEM, quam apud S E-
RENISSIMVM VENETIARVM
PRINCIPEM in Excellentissi-
mo Collegio pro Natione nostra ha-
bui, ad te mitto: non ut cedat in
partem solutionis eius debiti, quo
tibi maximo obstrictus sum: sed ut
sit grati animi velut chirographum,
& infinita obligationis quaecunque pignus. Et cum tot ex-
tent tua non in me modo, sed in quàmplurimos Germano-
rum, beneficia, tot merita: inde se omnes correos debendi ti-



CHRISTOPHORI
FORSTNERI AVSTRII

CRATIO GRATVLATORIA

Ad Serenissimum

IOANNEM CORNELIVM
VENETIARVM PRINCIPEM.



SERENISSIME PRINCEPS

AVGVSTISSIMI PATRES.



IRAMINI, haud dubium est, Nationem nostram in publico omnium gaudio, & reliquarum gentium applausu tacitam hucusque, & nulla ob publicum bonum, quod orbi Christiano ex nouo SERENISSIMI IOANNIS CORNELII honore contigerat, laetitiae significatione egisse. Nam qui maioribus, quam alij,